

que alia orationibus et benedictionibus humanis facta ostendisset, postremo haec addit: »Si igitur tantum potuit humana benedictio ad transmutandam rerum naturam, quid de hac divina consecratione dicemus, ubi ipsa verba Salvatoris operantur? Hoc enim sacramentum, 5 quod accipis, verbo Christi conficitur.« Aliis quidem locis idem doctor multo plura in hanc sententiam manifestissime dicit. Augustinus vero sanctissimus et ipse doctor: »Divini corporis consecratio, inquit, a catholica ecclesia creditur non magis a bono, non minus a malo sacerdote confici. Neque enim merito consecrantis, sed creatoris efficitur 10 verbo.« Et alibi: »Credendum Christi verbis sacramentum confici. Cuius enim potentia prius creata sunt ea, quae sunt, huius certe verbo ad melius mutantur.« Idem in secundo de verbis Domini: »Ante verba Domini, inquit, quae *Hoc est corpus meum* dicunt, panis dicitur, quod offertur; verbis autem illis dictis non amplius panis, sed corpus vocatur.« 15 Et rursus in expositione super Iohannem: »Vocatur corpus et caro Christi, quod caro continere non potest. Conficiunt autem illud carnis verba, quae ipsius carnis Christi verba fuerunt. Ait enim: *Hoc est corpus meum*.« Quid clarius his testimoniis, quid manifestius esse potest? Neque enim hos doctores quisquam mentis compos et Chri- 20 stianus esse desiderans respueret, quos sacrae omnes synodi et communes ecclesiae doctores acceptarunt, quos ut sanctos ac Deo acceptissimos magnis praeconiis extulerunt, quorum memoriam cum summa laude non modo occidentalis, verum etiam orientalis ecclesia celebrat. Manifestum est igitur hos non obscure neque sub dubio, sed palam et mani- 25 feste sensisse sacratissimis illius Domini verbis hoc sacramentum confici: *Hoc est corpus meum*, et *Hic est sanguis meus*.

Quid igitur? Hi quidem hoc modo dicunt, orientales vero aliter 2 sentiunt. At hoc modo non idem in eis locutus fuisset spiritus, nec sancti Spiritus, sed ventris sui eructationes essent sermones eorum. 30 Nunc vero unus atque idem spiritus locutus est per os utrorumque. At quemadmodum in caeteris omnibus, ita etiam in hoc sacramento concordantes sunt occidentales orientales. Audi enim, quid aurea illa Iohannis lingua in LXXXII. super Matthaeum homilia dicat: „Non sunt, inquit, humanae potentiae opera, quae proposita sunt. Qui tunc 35 ea fecit in coena, ipse nunc ea quoque operatur. Nos ministrorum locum tenemus. Qui vero sanctificat et ea mutat, ipse est.« Rursus idem in XXVII. super I. ad Corinthios homilia ita inquit: »Quomodo Paulus a Domino accepit? Non enim aderat tunc, sed unus erat ex persecutoribus. Ut intellegas, ait, nihil plus illam mensam habuisse, 40 quam habeant hae posteriores. Nam et hodie ipse est, qui operatur.

μου» και »τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου» τὰ φρικτὰ ταῦτα μυστήρια τελείσθαι διίσχυριζόμενοι.

2 Τί οὖν; οὔτοι μὲν οὕτως, ἄλλως δὲ οἱ ἀνατολικοὶ διδάσκαλοι φασιν. ἀλλ' οὐκ ἂν τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐφθέγγετο δι' ἀμφοῖν· οὐδὲ τοῦ ἱεροῦ πνεύματος, M 120<sup>v</sup> ἀλλὰ τῆς ἰδίας κοιλίας ἐρυγαὶ εἶησαν ἂν οἱ τούτων λόγοι, νῦν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ 5 πνεῦμα δι' ἀμφοτέρων ἐλάλησεν. καὶ ὁμόφωνοι ὡς ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οὕτω κἂν τούτῳ τῷ ἱερῷ μυστηρίῳ οἱ ἐξ ἐφῶς τοῖς ἐσπερίοις εἰσὶν. αὐτίκα ὁ τὴν γλωτταν χρυσοῦς Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον πβ' ὁμιλίᾳ· »οὐκ ἔστι«, φησὶν, »ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα. ὁ τότε ταῦτα ποιήσας ἐν ἐκείνῳ τῷ δείπνῳ, οὗτος καὶ νῦν αὐτὰ ἐργάζεται. ἡμεῖς ὑπηρετῶν 10 τάξιν ἐπέχομεν, ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ καὶ μετασκευάζων αὐτός.« καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν κζ' πρὸς Κορινθίους ὁμιλίᾳ· »πῶς δέ«, φησὶ, »παρὰ τοῦ κυρίου παρεληφέναι περὶ τοῦ Παύλου λέγων; οὐ γὰρ παρῆν τότε, ἀλλὰ τῶν διωκόντων ἦν. ἵνα μάθῃς«, φησὶν, »ὅτι οὐδὲν ἔχει πλέον ἐκείνη ἢ τράπεζα τῆς B 95 μετὰ ταῦτα. καὶ γὰρ καὶ σήμερον αὐτός ἐστὶν ὁ ἐργαζόμενος καὶ παραδιδούς, 15 ὥσπερ καὶ τότε.« ἀκούεις, ὡς ἡμεῖς ὑπηρετῶν τάξιν ἔχομεν, ὁ δὲ ἁγιάζων αὐτὰ καὶ μετασκευάζων αὐτός; ἀκούεις ὡς αὐτός ἐστὶν ὁ πάντα ἐργαζόμενος καὶ παραδιδούς σήμερον ὥσπερ καὶ τότε; πεισθητι τοίνυν ποτὲ αὐτὸν εἶναι τὸν ταῦτα μετασκευάζοντα, ἐκείνου τὰ ῥήματα εἶναι ταῦτα μεταποιούντα. μηδὲ τῇ σῆ εὐχῇ πράγματι ἀμφιβόλῳ, ἀλλὰ τῇ ἀπίρῳ δυνάμει τοῦ οὕτω 20 κελεύσαντος θάρρει. ἀλλ' ἐρεῖς, ὡς οὐδὲν κατὰ σοῦ ὁ διδάσκαλος λέγει· καὶ σὺ γὰρ φῆς ἐκεῖνον εἶναι τὸν ταῦτα ἐργαζόμενον, ἀλλὰ δι' εὐχῆς, ἀλλὰ διὰ M 121 παρακλήσεως ἱερατικῆς. ἀλλ' οὐ ταῦτόν, ὧ λῶστε, ἐργάζεσθαι τι καὶ πάντα ἐργάζεσθαι. σὺ μὲν γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατιὸν φῆς ταῖς σαῖς πεισθὲν παρακλήσεσιν ἁγιάζειν τὰ δῶρα δυναμένων τι καὶ τῶν κυριακῶν ὁμῶς ῥημάτων. 25 ὁ γε μὴν διδάσκαλος τὸν σωτῆρά φησι ταῦτα τελειοῦν, ἐκεῖνον ταῦτα μετασκευάζειν, ἐκεῖνον τὸν πάντα ἐργαζόμενον εἶναι, καὶ οὐ προστίθησιν ὡς αὐτῆς B 95<sup>v</sup> τῶν ἱερέων εὐχῆς συνελθούσης. προσέθηκε γὰρ, εἰ ἦδει ὄν ἀναγκαῖον. ὁ γὰρ τὰ πάντα ποιῶν οὐ δεῖται οὐδενὸς ἑτέρου.

3 Ἐμφαίνεται δὲ καὶ τι ἀπορρητότερον τοῖς ἀκριβέστερον σκοπούμενοις τῇ 30 τοῦ Χρυσοστόμου ἀπορία δηλούμενον. φησὶ γὰρ μὴ παραλαβεῖν τὸν Παῦλον παρὰ Χριστοῦ τὴν παράδοσιν ταύτην. καὶ ἀληθῶς φησιν. ἦν γὰρ τότε τῶν διωκόντων καὶ πολλῶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος τὴν ἱεράν πίστιν ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου καθ' ὁδὸν αὐτῷ φανέντος ἐδιδάχθη. τίνων τοίνυν παραδιδόντων παρέλαβε; αὐτῶν δηλαδὴ τῶν ἀποστόλων κάκεινων οὐ λόγῳ 35 μόνον λεγόντων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἔργῳ δεικνύντων. παραδίδωσι δὲ ἡμῖν ἅ καὶ παρέλαβεν. ἐπεὶ δὲ ταῦτα μόνον, ἅπερ ἔφη, καὶ οὐδὲν ἄλλο παραδίδωσι πλέον, ταῦτα ἄρα καὶ μόνον παρέλαβε καὶ ταῦτα μόνον τοὺς ἀποστόλους ἐώρα ποιοῦντας. εἰ γὰρ τι πλέον εἶδε γινόμενον ὑπ' αὐτῶν, καὶ τοῦτο παρέδωκεν ἂν ἡμῖν. τοῖς αὐτοῖς ἄρα οἷς καὶ ὁ δεσπότης ῥήμασιν οἱ ἀπόστολοι τὰ μυστήρια 40 M 121<sup>v</sup> ἱερούργουν. μετὰ δὲ ταῦτα εἶτε Κλήμης, εἶτε Ἰάκωβος, εἶτε ὅστισοῦν ἄλλος

8 Joh. Chrys., Hom. 82 in Matth. (PG 58, 744 B). | 12 Joh. Chrys., Hom. 27 in I Cor. (PG 61, 229 C).

et tradit, quemadmodum et tunc. Videsne igitur, ut nos ministrorum locum tenemus. Qui vere ea sanctificat et mutat, ipse est. Vides, ut ipse est, qui omnia operatur et tradit, quemadmodum et tunc. Persuade igitur tibi, ipsum esse, qui ea mutat. Nec rationi tuae, quae  
 5 dubia est, sed infinitae illius potentiae hoc tribue.« Dices fortasse haud tibi contradicere hunc doctorem. Etenim te quoque et sentire et profiteri illum esse, qui haec operatur, sed per orationes, sed per preces sacerdotis. Atqui multum interest operari aliquid et omnia operari. Tu namque Spiritum sanctum eis descendentem tuis preci-  
 10 bus sanctificare haec munera, quamvis etiam verba Domini aliquid operentur. Hic vero doctor sanctissimus ipsum inquit Salvatorem haec perficere, ipsum omnia operari. Nec addit precibus sacerdotum id fieri, quod certe addidisset, si scivisset necessarium fore. Subticuit autem tamquam non necessarium. Qui enim omnia facit, nullo in-  
 15 diget operatore.

Verum ex illis Chrysostomi, quae supra memoravimus, verbis<sup>3</sup> discitur quaedam haud contemnenda consideratio. Ait enim non accepisse Paulum a Christo hanc traditionem, cum tamen ipse se accepisse asserat. Et recte quidem Chrysostomus. Erat enim tum  
 20 Paulus persecutor et hostis nominis Christi et multo post ascensionem Salvatoris in coelos sacram fidem ab eo, qui sibi in via fuerat obvius, didicerat. Quibus igitur tradentibus accepit? Nempe apostolis, et iis quidem non verbo tantum docentibus, sed demonstrantibus opere. Paulus vero tradidit nobis, quae acceperat. Cum autem ea sola tradide-  
 25 rit, quae in epistula ad Corinthios scribit, certe illa sola accepit et illa sola apostolos facere vidit. Nam si plura facere vidisset, ea quoque tradidisset. Nihil autem in ea epistula dicit amplius, nisi Christum accepisse panem in manus suas, benedixisse, dedisse discipulis atque dixisse: *Accipite et comedite, hoc est corpus meum*. Idem igitur omni  
 30 ex parte apostoli, quibus tradentibus Paulus id accepit, faciebant. Hoc tantum accepit ab illis Paulus, hoc tradidit nobis. Postea vero sive Clemens, sive Iacobus, sive alius quicumque alias orationes et hymnos et cantica non ad necessitatem, sed ad ornatum addiderunt. Quae cum ita sint, satis constat beati Chrysostomi testimonium adeo clarum  
 35 atque apertum esse, ut nulla excusatio, nullum subterfugium calumni-antibus relinquatur.

Audiamus nunc eundem doctorem seipsum exponentem et ita rem **10, 1** hanc declarantem, ut nullus, quamvis audax et contentiosus, contradicere ausit. Hic in ea homilia, quam de prodicione traditoris et sacra-  
 40 mentorum traditione conscripsit, ita inquit: Adest nunc quoque Christus, qui illam mensam fecit; ille ipse nunc etiam ornat. Non est enim homo, qui haec munera facit corpus et sanguinem Christi, sed qui crucifixus est pro nobis Christus. Figuram quidem adimplens astat

B 96 καὶ ἄλλοις πλείοσιν εὐχαῖς τε καὶ ψαλμωδίας καὶ ὕμνοις οὐ πρὸς τὸ εἶναι, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὖ εἶναι χρησίμοις τὴν ἱερὰν ἐκόσμησαν τελετὴν. ὧν ὑποκειμένων ἱκανῶς μὲν αἱ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου προενεχθεῖσαι μαρτυρίαι δεικνύουσι τὸ προκείμενον, ὡς ἂν δὲ μηδεμία μηδενὶ καταλίποιο συκοφαντίας τε καὶ ἀποφυγῆς πρόφασις.

5

10, 1 Ἀκούσωμεν τοῦ αὐτοῦ θεοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἐπεξηγουμένου τε καὶ οὕτως σαφηνίζοντος, ὡς μηδὲ τὸν τολμηρότατον ἂν ἔτι δύνασθαι ἀντειπεῖν. δὲ ἐν τῇ εἰς τὴν Ἰούδα προδοσίαν καὶ τῶν μυστηρίων παράδοσιν ὁμιλία· ἠπάρεστι, φησί, καὶ νῦν Χριστὸς ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν ἐκείνην ποιήσας. οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν· οὐ γὰρ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι 10 σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. σχῆμα πληρῶν ἔστηκεν ὁ ἱερεὺς τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ πᾶσα ἔστιν. »τοῦτό μου ἔστι τὸ σῶμα«, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. καθάπερ γὰρ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἡ λέγουσα· »αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν«, ἐρρέθη μὲν ἅπαξ, 15

B 96<sup>v</sup> — διὰ παντός δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ δυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιεῖν — οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ ἅπαξ λεχθεῖσα καθ' ἐκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ

M 122 παρουσίας τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται.« ναί φησιν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δημιουργικοῦ λόγου τοῦ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε οὐχ ὁ λόγος 20 οὗτος μόνον ἱκανὸς πρὸς τὴν τῶν γινομένων παραγωγὴν, ἀλλὰ καὶ συνελεύσεως ἄρρενός τε καὶ θήλεως δεῖ, ὡς τὸ ζῶον πληθύνεσθαι γένος, καὶ ἡμετέρας ἐπιμελείας καὶ γεωργικῶν χειρῶν χρεία, ὡς τὰ φυόμενα καὶ φύεσθαι καὶ αὐξάνειν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ λόγος οὗτος ὁ τοῦ σωτῆρος οὐκ ἄρκει μόνος ῥηθεὶς, ἀλλὰ καὶ εὐχῶν ἱερατικῶν καὶ εὐλογίας ὥστε τελειοῦσθαι τὰ ἅγια 25 δεῖ. ταῦτα γὰρ Μάρκος ὁ Ἐφέσου φησὶν ἐκ τῶν Νικολάου τοῦ Καβάσιλα λαβῶν, πλὴν ὅσον ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπειργασμένος· πολλῶ γὰρ βέλτιον ἐκεῖνος περὶ τούτων διελέξατο, εἰ καὶ μηδ' ἐκεῖνος οὐδὲν εἶρηκεν ἄξιον λόγου. πρῶτον μὲν οὖν θαυμάζειν δεῖ καὶ θρηνεῖν ἅμα τοὺς ἐκόντας ὄντας οὕτω πρὸς τὰ

B 97<sup>v</sup> φανώτατα τῶν ὄντων καὶ αὐτὴν καμμύοντας τὴν ἀλήθειαν ὑπὸ προλήψεως, 30 ὡς καὶ ταῦτα τοῦ διδασκάλου τὰ ῥήματα οὕτω σαφέστατα ὄντα διαστρέφειν πειρᾶσθαι καὶ κατὰ τῆς ἰδίας κεφαλῆς οὕτω παρεξηγεῖσθαι, ὡς πᾶσιν εἶναι καταγελάστους.

2 Τί γὰρ φησὶν ὁ διδάσκαλος; »σχῆμα πληρῶν ἔστηκεν ὁ ἱερεὺς τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ πᾶσα ἔστιν. »τοῦτό 35 μου ἔστι τὸ σῶμα«, φησί. τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει.« τί

M 122<sup>v</sup> τούτου βούλει σαφέστερον; τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, φησί, τοῦ ἱερέως προφέροντος — ποῖα δὲ ῥήματα, ἐπάγει· »τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ σῶμά μου« — ὁ Χριστὸς τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. οὐκοῦν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασι μεταρρυθμίζεται τὰ ἅγια, οὐχ ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐ πᾶσα ἡ χάρις καὶ ἡ δύναμις; 40

8/19 Joh. Chrys., De prodit. Iudae Hom. 1. (PG 49, 380C). Cf. Joh. Chrys., Hom. 82 in Matth. (PG 58, 744 BC). | 26 Cf. Marc. Eph., De corpore et sanguine Christi (PG 160, 1079—90).

sacerdos, verba illa pronuntians; potestas vero et gratia tota Christi est. *Hoc est corpus meum*, ait. Hoc verbum res propositas transmutat. Nam quemadmodum vox illa, qua dictum est: *Crescite et multiplicamini et replete terram*, semel quidem dicta est, semper autem fit operae  
 5 naturae nostrae vim praebens ad generandum, ita haec quoque vox semel dicta in singulis aris ex eo tempore usque in praesentem diem et usque ad Christi adventum hoc sacramentum integre perficit. Verum ad haec dicere soletis: Quemadmodum verbum, quo creata sunt omnia, non ipsum solum sufficere ad productionem eorum, quae fiunt, sed  
 10 maris et feminae coniunctionem requiri, ut animalium genus propagetur, cultumque terrarum et agricolarum opera necessaria esse, ut quae nascuntur, e terra producantur et coalescant, eodem modo solum Salvatoris verbum haud sufficere, sed et preces sacerdotis et benedictionem et alia pleraque necessaria esse ad hoc mysterium perficiendum.  
 15 Haec enim Marcus, Ephesinus antistes, ex dictis Nicolai Cabasilae sumpta obicere solebat. Etsi longe impar ingenio, acutius sane multo ille disputavit, quamquam nec ipse quidem dignum aliquid disseruit. Enimvero admirandos simul atque deflendos illos censeo, qui sponte sua ad clarissimas res et ipsam veritatem oculos claudunt, et ita ut  
 20 tam clara atque aperta sanctissimi doctoris verba pervertere conentur, et ita contra propriam salutem exponere, ut omnibus contemptui sint atque derisui.

Quid enim ait sanctus doctor? »Figuram adimplens astat sacer-  
 dos, verba illa pronuntians; potentia vero et gratia tota Christi  
 25 est. *Hoc est corpus meum*, ait. Hoc verbum res propositas transmutat.« Quid hoc certius desideras? Illa, inquit, verba a sacerdote pronuntiata. Quae autem illa sint, subiungit: *Hoc est corpus meum*. Illa, inquam, res propositas transmutant. Fit ergo transmutatio per illa verba, non a sacerdote, sed a Christo, cuius tota gratia et  
 30 potestas est. Sacerdos enim figura, Christus vero veritate haec transmutat, sacerdote verba eius, quemadmodum ille statuerat, pronuntiante. Et rursus: »Hoc verbum sacramentum integre perficit.« Considera, homo, quid integra haec perfectio significet. Attende, quid velit. Hoc verbum res propositas transmutat. Noli pervicaciter contra  
 35 priam salutem contendere et huius sententiae magis praecipuis ac manifestis partibus reiectis pervertere reliquas. Nec enim Ephesinus ille nec Cabasilas integram istam sententiam adducunt, sed quibusdam eius partibus recitatis transiliunt, fragmenta eius quaedam velut indocti iuxta Platonem coqui, qui nesciunt, voluntve per artus dividere, non-  
 40 nulla proferentes, caetera vero, quae magis ad rem facerent, silentio praetereuntes et hoc modo obtenebrantes veritatem. Imprimis itaque, sicut supra dictum est, ex huiusmodi verbis sancti doctoris non hic, quem vos dicitis, sensus colligitur. Deinde, o bone vir, nonne illic

- ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς σχήματι, ὁ δὲ Χριστὸς τῷ ὄντι ταῦτα μεταρρυθμίζει τὰ αὐτοῦ ῥήματα τοῦ ἱερέως, ὡς ἐκεῖνος διατάξατο, προφέροντος. καὶ αὐ· οὗτος ὁ λόγος τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. κατανόησον ἄνθρωπε, τί τὸ
- B 97<sup>v</sup>** ἀπηρτισμένον σημαίνει. ἐπίστησον, τί βούλεται τό· τοῦτο τὸ ῥήμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. καὶ μὴ ἀκαίρως κατὰ τῆς ἰδίας σωτηρίας φιλονεικῶν **5** καὶ τοῦ ῥήτου τούτου τὰ καιριώτερα παρεκκόψας καὶ ἀφελόμενος ἔπειτα πειρῶ παρεξηγεῖσθαι τὰ λοιπά. οὔτε γὰρ Μάρκος οὔτε Καβάσιλας ἅπαν ἐκτίθενται τὸ ῥητόν, ἀλλὰ μικρόν τι αὐτῶν ἡμμένοι ἔπειτ' ἀποπηδῶσι, τεμμάχιά τιν' αὐτοῦ ὥσπερ ἀφυεῖς μάγειροι κατὰ Πλάτωνα μὴ κατ' ἄρθρα διελεῖν εἰδότες ἢ μὴ βουλόμενοι καὶ οὕτω τὴν ἀλήθειαν ἐπικαλύπτοντες. πρῶτα μὲν οὖν, **10** ἢ εἴρηται, οὐχ οὗτος ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ διδασκάλου φωνῶν ὁ νοῦς αὐτῷ εἶναι φαίνεται. ἔπειτα δέ, ὡ βέλτιστε, ἐκεῖ μὲν ὁ δημιουργὸς ἄρσεν καὶ θῆλυ δεδημιούργηκεν καὶ τοιοῦτον ἔθετο νόμον, ὡς διὰ τῆς τούτων συνελεύσεως τὰ
- M 123** ζῶα γεννᾶσθαι καὶ οὐκ ἄλλως. καὶ αὐ ἐπὶ γε τῶν ἄλλων σπέρμα φύειν ἐκέλευσεν, ὥστε σπείρεσθαι καὶ σπειρόμενον φύεσθαι καὶ φυόμενον πλη- **15** θύνεσθαι. καὶ ἀνάγκη οὕτω γενέσθαι. δεῖ γὰρ καὶ τὸν ἀροῦντα, δεῖ καὶ τὸν σπείροντα, δεῖ εἶναι καὶ τὸν γεννῶντα καὶ τῷ θεῷ ὑπηρετοῦντα θελήματι,
- B 98** τρόπῳ ὧ δηλονότι ἐκεῖνος ἐκέλευσεν. ἐκέλευσε δὲ τοῦτόν γε τὸν προειρημένον καὶ δηλοῖ τὰ τοῦ διδασκάλου ῥήματα λέγοντος· καθάπερ γὰρ ἐκείνη ἢ φωνὴ ἢ λέγουσα· »αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε« καὶ τὰ λοιπά, ἔργῳ δυναμοῖ τὴν **20** φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιεῖν — ἔργῳ αὐτὴν τὴν φύσιν δυναμοῖ, φησὶν, τοῦτον αὐτῇ δηλαδὴ θέμενος νόμον, ὡς αὐτὴν μὲν τὸ αὐτῆς ποιεῖν, ἐκεῖνον δὲ αὐτὴν δυναμοῦν —, ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ τούτου μυστηρίου οὐδὲν ἄλλο ἢ ἱερεῖς καταστήσας τοὺς ἀποστόλους καὶ ὕλην αὐτοῖς τὴν ἄρτου καὶ οἴνου, ἢ ἂν καὶ αὐτοὶ ἔχοιεν χρῆσθαι, παραδείξας παρέδωκε καὶ αὐτὴν τὴν μορφήν **25** καὶ τὸ εἶδος, ὧ ἂν τελειοῖντο τὰ ἅγια. τοῦτο δὲ ἐστὶν αὐτὰ τὰ αὐτοῦ λόγια· »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου«, καὶ »τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου«, ἅπερ ἅπαξ ῥηθέντα ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διὰ παντὸς ἐνεργεῖν ὁ προειρημένος διδάσκαλος λέγει, οὐ συνεργεῖν, οὐδὲ καὶ τῆς ἄλλοθεν δεῖσθαι βοήθειας. ἢ γὰρ ἂν πολλοῦ καὶ
- M 123<sup>v</sup>** τοῦ παντὸς εἶεν ἄξια τὰ ἀνθρώπινα ῥήματα, εἴ τι δυνάμεώς τε καὶ ἰσχύος **30** τοῖς κυριακοῖς λόγοις προσετίθει, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα ὑπερέβαλλεν ἂν τῇ ἀξίᾳ. τοῦτο δὲ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές.
- 8** Συνεργεῖ γὰρ, φησὶν ὁ Ἐφέσου, τοῖς κυριακοῖς λόγοις ἢ τοῦ ἱερέως εὐχή.
- B 98<sup>v</sup>** πῶς, ἄνθρωπε, συνεργεῖ; ὡς ἐλλιπέσιν ἢ ὡς ἱκανοῖς γε πάντως οὔσιν; εἰ μὲν γὰρ ὡς τὸ δεύτερον, περιττὴ τε καὶ μάταιος ἢ σὴ εὐχή· τῷ γὰρ ἱκανῷ **35** οὐδὲν προσθετέον. εἰ δ' ὡς τὸ πρῶτον, φεῦ τῆς ἀτοπίας καὶ βλασφημίας, εἰ τὸ τῶν θείων λόγων ἐλλιπές ἢ σὴ ἀναπληρῶν εὐχή. ἄλλως τε λέγων τὰ ῥήματα μετὰ τῆς εὐχῆς τελεῖν τὸ πᾶν, καὶ ἄμφω ἀτελῆ οἶει. δεῖ οὖν ἄλλο τι τρίτον ἐπιγενόμενον αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν. καὶ τί τοῦτ' ἐστίν, αὐτὸς εἶπέ. οὐ γὰρ δὴ τὸ θεῖον ἐρεῖς πνεῦμα. τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ζητούμενον, εἰ τούτων **40** ἕκαστον καθ' αὐτὸ ἢ ἄμφω ὁμοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὥστε ταῦτα ποιῆσαι ἐπι-

auctor atque opifex omnium rerum marem et feminam ea lege creavit, ut non nisi per coniunctionem eorum animalia propagarentur? Rursusque in aliis semen nasci et ex terra ordinavit, ut seminetur, seminatum nascetur natumque multiplicetur? At idcirco necesse est ita fieri.  
 5 Oportet enim esse arantem, oportet esse serentem, oportet esse generantem, omnesque divinae obtemperantes voluntati, hoc est ita agentes, ut ille statuit. Statuit enim eo modo, quo diximus. Quemadmodum illa vox, qua dictum est: *Crescite et multiplicamini*, operae nostrae vim praebet ad generandum — operae, inquit, naturae nostrae vim praebet,  
 10 hanc scilicet ei legem ponens, ut illa quod suum est agat, ipsa vero omnem vim praebens —, in hoc vero divino, de quo agimus, sacramento dumtaxat apostolos sacerdotes efficiens et materiam panis et vini, qua ipsi quoque uterentur, ostendens tradidit eis formam, qua sacramentum conficerent. Haec autem sunt verba eius: *Hoc est corpus*  
 15 *meum*, et *Hic est sanguis meus*. Quae semel a Salvatore dicta, ait sacratissimus doctor, semper operari, non cooperari, nec cuiusquam praesidio egere. Magnam enim, immo maximam omnium vim haberent humana verba, si quid auctoritatis aut potentiae divinis adderent, immo vero illa excellenter dignitate, quod etiam cogitare impium est  
 20 atque nefarium.

Cooperantur, inquit Ephesinus, Dominicis verbis sacerdotis precibus. Quomodo, o bone vir, cooperantur? An tamquam per se insufficientibus, an tamquam sufficientibus? Si tamquam sufficientibus, superflua certe et vana est tua omnis oratio; si tamquam non sufficientibus, heu! quae improbitas est, quae blasphemia dicere, ut quod divinis deest verbis, hominis suppleant precibus? Praeterea cum verba haec dicis simul cum oratione totum perficere, utrumque imperfectum putas, necesse est igitur, ut aliud tertium adveniens id agat. Quid vero hoc sit, tu, quaeso, nobis aperi. Neque enim Spiritum sanctum id esse  
 25 dices; siquidem hoc est, quod quaeritur, an quodlibet eorum per se, an ambo simul Spiritum sanctum ad id agendum inclinet. Quod si ambo contendis id posse, intellegas necesse est, quod si ambo simul hoc possunt, quatenus inibi Dominica verba continentur, ea sunt, quae conficiunt sacramentum, sive sequatur, sive non sequatur oratio. Itaque  
 35 nihil eis ad hoc addit oratio sacerdotis, nec illis aliquod necessarium est aliunde praesidium. Quod si quatenus supplicat sacerdos, ut descendens Spiritus sanctus illa sacrificet munera, eatenus dumtaxat consecrantur, nihil ergo operantur verba Dominica, nec verum dicit Chrysostomus, cum ea asserit semper operari et transmutare et integre per-  
 40 ficere, nec cooperatur ei hoc modo sacerdotis supplicatio, ut tu ais,

10 ἢ μὴ βουλόμενοι M<sup>2</sup> in marg. B om. | 28 λέγει B] V B om. | 33 συνεργεῖ  
 scripsi συνεργεῖν M V B | 40 τούτων scripsi τούτων M

κάμπτει. εἰ δὲ φιλονεικεῖς ἄμφω ὁμοῦ τοῦτο δύνασθαι, σύνες ὡς εἰ μὲν ἄμφω ὁμοῦ τοῦτο δύνανται, ἢ ἐν αὐτοῖς τὰ κυριακὰ περιέχεται ῥήματα, ἐκεῖνά εἰσι τὰ τελουῦντα, κἄν τε ἔπηται ἢ σὴ εὐχή, κἄν τε μή, ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς κατὰ γε τοῦτο τὰς τοῦ ἱερέως προστιθέναι δεήσεις μὴδὲ συνεργείας ἄλλης αὐτὰ προσδεῖσθαι. εἰ δ' ἢ ὁ ἱερεὺς ἰκετεύει καὶ δεῖται τοῦ θεοῦ κατελθεῖν τὸ πνεῦμα 5

B 99 καὶ ἀγιάσαι τὰ δῶρα, ταύτη καὶ ἱεργοῦνται, οὐδὲν τὰ δεσποτικὰ ἐργάζεται M 124 ῥήματα, οὐδ' ὁ Χρυσόστομος ἀληθῆ λέγει διὰ παντός αὐτὰ ἐνεργεῖν καὶ μεταρρυθμίζειν αὐτὰ καὶ ἀπαρτίζειν τὸν θεῖον λόγον ἐκεῖνον, οὐδὲ συνεργεῖ τούτοις ἢ τοῦ ἱερέως εὐχή, ὡς σὺ φῆς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐνεργεῖ. διαφθείρεις τοίνυν καὶ τὰ τοῦ διδασκάλου ῥήματα κακῶς αὐτὰ ἐξηγούμενος, καὶ περὶ 10 τῆς ἱεραῆς θυσίας οὐκ ὀρθὰ φρονεῖς.

4 Καὶ μὴν φησιν καὶ τὸ βάπτισμα μόνῃ ἢ τοῦ ἱερέως εὐχή τελειοῖ. πλανᾷ κἄνταῦθα. καὶ λέληθέ σε τὸ ἀληθές. καὶ τὸ βάπτισμα γὰρ ὑπὸ τῶν κυριακῶν τελεσιουργεῖται ῥημάτων. »πορευθέντες«, γὰρ φησι, »βαπτίσατε αὐτούς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.« καὶ τότε τελεῖται 15 τὸ βάπτισμα, ὅταν ὁ ἱερεὺς φαίῃ· βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, ἢ βαπτίζω σε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅθεν καὶ εἰ τις μὴδὲν ἄλλο εἴποι ὅλως ἢ ταῦτα τὰ ῥήματα, βαπτίζει κυρίως καὶ ὁ βαπτισθεὶς τούτῳ τῷ τρόπῳ τέτευχε τῆς σωτηρίας. καὶ αὐτὸν ἀντίον, εἰ

B 99<sup>v</sup> τις πάντα τᾶλλα εἰπὼν καὶ μυριάκις εὐξάμενος ταῦτα παραδράμειε τὰ ῥήματα, 20 οὐδὲν ὅλως εἰργάσατο, ἀλλὰ μάτην ἐμόχθησεν. οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι εὐλογία χειρῶν καὶ τῆ τῶν ῥημάτων τούτων ἐβάπτιζον προφορᾷ, οὕτω τὸ τῆς κοινωνίας ἱερούργουν μυστήριον οὕπω εὐχῶν, οὕπω ψαλμωδιῶν, οὕπω τῶν νῦν λεγομένων συντεθειμένων. εἰ γὰρ τις ὑπόθοιτο — ἔστι δὲ ἡ ὑπόθεσις οὐκ ἀδύνατος M 124<sup>v</sup> — αὐτῇ τῇ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρᾳ παρασκευῇ ἢ καὶ τῇ ἐφεξῆς Πέτρον 25 ἢ τινὰ ἄλλον τῶν ἀποστόλων εἰς μνήμην τοῦ κυρίου καὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ τὸ ἱερὸν ἐθέλησαι τῆς κοινωνίας τελέσαι μυστήριον — οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς μὴ αἰεὶ καὶ ἀκαταπαύστως μνημονεύειν ἐκείνου, οὐ εἰς μνήμην τοῦτο ποιεῖν τὸ μυστήριον ἐκεῖνος ἐκέλευσεν — εἰ οὖν τις τότε ἱεουργῆσαι ἠθέλησεν, τίσιν ἂν ἄλλοις ἢ τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐτελείωσεν ἂν τὰ μυστήρια; καὶ μετὰ δεῖπνον 30 πάντως, ὃ μέχρι πολλοῦ ἐπεκράτησεν, καὶ κοινοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένος;

5 Ἀλλὰ τὰ ῥήματα, φησίν, ἐκεῖνα διηγηματικῶς λεγόμενα οὐκ ἂν δύναιτο ἱεουργῆσαι τὰ ἅγια. ἀλλ' οὐχ ὡς διηγούμενος γεγονὸς πρᾶγμα ὁ ἱερεὺς ταῦτα λέγει, ἀλλ' ὡς τὸ Χριστοῦ ὑποδυόμενος πρόσωπον καὶ ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος αὐτὰ εἰς μέσον προφέρων καὶ τοῦτ' αὐτὸ σκοπὸν ἔχων διὰ τῶν ῥημάτων 35

B 100 ἐκείνων κατὰ τὴν ἐκείνου οὕτω κελεύσαντος ἐντολὴν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ ἀποτελέσαι, ὡς ἐκεῖνος ἐποίησε καὶ ἐν τῷ τρόπῳ ἐκεῖνος εἰργάσατο. εἰργάσατο δὲ ἐκεῖνος διὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων. διχῶς οὖν τὰ ῥήματα ταῦτα νοεῖσθαι δύναται, ἢ ὡς ὑπὸ τῶν συγγραψαμένων εὐαγγελιστῶν καὶ ἀποστόλων συντεθειμένα — καὶ τότε διηγηματικῶς λαμβάνονται — ἀφηγουμένων ἃ ὁ Χριστὸς ἐν ἐκείνῃ 40 τῇ τοῦ σωτηρίου πάθους νυκτὶ διεπράξατο, ἢ ὡς ὑπὸ τοῦ ἱερέως σκοπὸν



sed totum operatur. Quid igitur corrumpis verba sacri doctoris non recte ea exponens, et de sacramento eucharistiae falsam habes opinionem?

Atqui, inquis, etiam baptismus sola sacerdotis oratione perficitur. Etiam in hoc erras, et veritas in te non est. Etenim baptismus quoque Dominicis perficitur verbis. *Euntes, enim inquit, baptizate eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Tunc perficitur baptismus, quando dicit sacerdos: »Baptizetur servus Dei«, aut: »Baptizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.« Unde si quis etiam nihil aliud praeter haec verba dixerit, recte baptizat, et qui hoc modo baptizatus fuerit, salutem adeptus est. E converso vero, si quis caetera dixerit et infinitas ad Deum porrexerit preces, haec vero praetermiserit, nihil omnino agit. In hunc modum apostoli per impositionem manuum et benedictionem et pronuntiationem horum verborum baptizabant, in hunc modum eucharistiae mysterium consecrabant. Nondum orationes, nondum hymni, nondum caetera, quae in ecclesia dicuntur, composita erant. Cogitemus enim, quod fieri certe potuit, ipso passionis die aut sequenti Petrum vel alium quemlibet ex apostolis in memoriam Christi et passionis eius sacramentum altaris conficere voluisse, — neque enim credibile est non assidue eos illius meminisse, in cuius commemorationem id fieri mandaverat — quibus aliis verbis id eos fecisse existimabimus nisi Dominicis? Et post coenam, quod etiam longo temporum intervallo observatum est, et communibus vestibus indutus?

At haec verba, inquis, narrando recitata non possunt sacramentum conficere. Non autem tamquam rei gestae seriem narrans sacerdos haec verba profert, sed tamquam personam Christi indutus, ut ita ea proferens, quasi Dominus esset, qui loqueretur, et eam habens intentionem, ut per verba illa iuxta illius mandatum, qui ita praecepit, corpus Christi sanguinemque conficiat, quemadmodum ille fecit. Fecit autem per ea, quae supra memoravimus verba. Possunt haec sane duobus modis accipi: aut tamquam ab evangelista relata, et tunc narrative accipiuntur, evangelistis scilicet ea, quae Christus in illa salutiferae passionis nocte egit, narrantibus; aut tamquam a sacerdote prolata, intentionem habente, ut iuxta ordinem a Salvatore traditum sacramentum hoc conficiat, et tunc non narrative, sed cunctative proferuntur, cum intentione conficiendi mysterium iuxta imitationem Christi, et quasi ipse esset, qui et diceret et faceret. Idcirco sacri doctores asserunt necessariam imprimis esse sacerdoti rectam intentionem et propositum ea faciendi, quae dicta sunt, quippe sine illa nihil omnino confici posse. Quemadmodum si quis regum per aliquem ex iis, qui apud se gratia et auctoritate valent, voluntatem suam cupiens subditis suis facere manifestam et ita id apud illos valere, ac si se animum suum

- M 125** ἔχοντος ἱερουργῆσαι τὰ ἅγια κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος νομοθεσίαν λεγόμενα, καὶ τότε οὐ διηγηματικῶς, ἀλλὰ μετὰ προθέσεως τοῦ κατὰ τὴν Χριστοῦ μίμησιν ὡς αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὧν ὁ ταῦτα λέγων ἱερουργῆσαι θεῖα μυστήρια — ὅθεν καὶ τοῖς ἀγίοις καὶ διδασκάλοις δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι τῷ ἱερεῖ τὸν σκοπὸν καὶ τὴν πρόθεσιν τοῦ βούλεσθαι, δηλονότι τὰ προειρημένα ποιῆσαι, **5** καὶ οὕτως ἀναγκαῖον εἶναι, ὡς ἄνευ αὐτοῦ μηδὲν ὅλως ποιεῖν —, ὡς περ ἂν εἴ τις βασιλεὺς διὰ τινος τῶν παρ' αὐτῷ δυναμένων τοῖς ὑπὸ χεῖρα τὰς ἑαυτοῦ βουληθεὶς διαβιβάσαι προστάξεις καὶ οὕτως αὐτὰς ἰσχύειν, ὡς ἂν εἴ παρ'
- B 100<sup>v</sup>** αὐτοῦ λέγοντος ἀκούοιντο, θεσπίσειεν, ὡς ἐν πρώτῳ τε προσώπῳ ἐκεῖνον τὰ ῥήματα αὐτοῦ τῷ λαῷ διαγγεῖλαι καὶ τὸν λαὸν οὕτως ἀκούοντα ὡς παρὰ **10** τοῦ βασιλέως ἀμέσως λεγομένοις πείθεσθαι καὶ ἄνευ τινὸς ἀμφιβολίας ὑπακούειν αὐτούς. δῆλα γὰρ δὴ ὡς τούτου κειμένου τοῦ νόμου, εἰ ἐκεῖνος τότε παρελθὼν εἰς τὸ μέσον λέγοι· ὡς ἄρα ὁ βασιλεὺς τῆς ὑμῶν προνοούμενος σωτηρίας, ἄνδρες πολῖται, καὶ ἐν πάσῃ εὐθηνίᾳ τε καὶ εὐδαιμονίᾳ τὴν πολιτείαν συνέχειν ἐπιθυμῶν πολλά τε τούτοις ἐπαγρυπνεῖ καὶ νόμους πρὸς τοῦτο **15** φέροντας ἔθετο, ἄλλοις τε χρησάμενος συνεργοῖς καὶ αὐτὸς τὰ πλείω προσεξευρῶν θεσπίζει· ὡς βούλομαι ὑμᾶς ἐκάστου ἔτους ὑμῶν ἕκαστον τοῖς
- M 125<sup>v</sup>** κειμένοις ἐμμένοντα νόμοις τάλαντον χρυσοῦ ἐκ τοῦ δημοσίου ἀποφέρεσθαι, οὔτε διηγηματικῶς ταῦτά φησι, καὶ ἅμα τῷ ταῦτα προενεγκεῖν τὰ ῥήματα κύρια τὰ ἐν αὐτοῖς ἐμπεριεχόμενα γίνονται. τί δήποτε; ὅτι οὕτως ὁ βασιλεὺς **20** διατάξατο. τὸ αὐτὸ τοίνυν κἀνταῦθα. οὕτως ὁ κύριος ἠβουλήθη. τοιαύτην
- B 101** ἐξουσίαν τοῖς αὐτοῦ ἱερεῦσι δεδώρηται, ὡς τὰ αὐτοῦ ῥήματα ὑπ' αὐτῶν ὡς ἐν πρώτῳ προσώπῳ καὶ ὡς αὐτοῦ λέγοντος εἰρημένα τὸ πᾶν ποιεῖν.
- 6** Ἡ διατί ἐκείνῳ μὲν ἤρκεσε ταῦτα τὰ ῥήματα, ἡμῖν δὲ οὐ; εἰ μὲν γὰρ ἐκείνῳ ἤρκεσεν ἐκεῖνα, καὶ ἡμῖν ἀρκέσειεν τῇ δυνάμει ἐκεῖνου καὶ ὡς ἐκεῖνου **25** λέγοντος λεγόμενα. εἰ δ' ἡμῖν ἀνάγκη προοθῆναί τι, ἀτελεῖς ἐκεῖνου ἐκεῖνοι οἱ λόγοι. ἀλλ' ἀπείη τὸ βλάσφημον. τίνα γὰρ ἄλλην ἐξουσίαν χειροτονούμενοι λαμβάνουσιν οἱ ἱερεῖς ἢ ταύτην, τὸ Χριστοῦ δηλονότι ὑποδύεσθαι δύνασθαι πρόσωπον καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἡμῖν εἶναι, ὡς ἐκεῖνός τε οὕτω καὶ αὐτοὶ ποιεῖν δύνασθαι καὶ ἢ ἐκεῖνος ἐποίησεν; ἐποίησε δ' ἐκεῖνος τούτοις τοῖς ῥήμασι. **30** τὸ γὰρ ἀπλῶς μόνον προσεύχεσθαι πᾶς τις ἂν δύναιτο· μᾶλλον δὲ καὶ ἐνεργέστερον εὐξαιντο ἂν πολλοὶ τῶν ἄλλως ἰδιωτῶν ἢ οὐκ ὀλίγοι τῶν ἱερέων, εἴπερ πολλοὶ μὲν τῶν ἱερέων αἰσχιστα ζῶσι καὶ βδέλυγμά εἰσι τῷ θεῷ, πλείστοι δὲ τῶν ἰδιωτῶν θεοφιλεῖς τέ εἰσι καὶ θεράποντες αὐτοῦ καὶ οὕτως κεχαρισ-
- M 126** μένοι, ὡς καὶ θαυμάτων ἐξαισίων ἐργάσται εἶναι. εἰ οὖν εὐχῇ μόνη ἢ μάλιστα **35**
- B 101<sup>v</sup>** τὰ μυστήρια τελειοῦται, τελειοῖτο ἂν μᾶλλον ὑπὸ ὀσίων ἀνδρῶν καὶ μὴ ἱερέων ἢ μοχθηρῶν ἱερέων. ἀλλὰ τοῦτο ψευδὸς ἐστὶ. καὶ ὁ χεῖριστος γὰρ ἱερεὺς οὐδὲν ἤττον τῶν ἁγιωτάτων ἱερουργεῖ τὰ μυστήρια, ἰδιώτης δὲ καὶ θειότατος οὐδὲν ὅλως ἐν γε τούτοις δύναται. ἢ δὲ αἰτία, ὅτι οὗτος μὲν οὐκ ἔσχεν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν τοῦτο ποιεῖν, ἐκεῖνος δὲ καὶ μάλα. εἰ οὖν αὕτη οὐκ εὐχῆς ἐστὶ **40** δύναμις — ἦν γὰρ ἂν καὶ τοῖς μὴ ἱερεῦσι κοινή —, λείπεται ταύτην ἐκείνην

10 λαὸν B om. | 13 λέγοι scripsi λέγοιεν M B V | 19 φησί . . . ταῦτα M<sup>2</sup> in marg.  
B in textu

exprimentem audirent, sanciat, ut ita illa verba in prima persona referat, uti a se dicta sunt, populusque ita prolata audiens tamquam ab ipso rege dictis obtemperet. Manifestum est enim, quod si hac lege data veniens ad populum nuntius ita dicat: Rex vestrae salutis  
 5 cupidus vestramque rem publicam in felicitate ac copia omnium rerum tenere desiderans, continue iis rebus invigilat et leges condit, quas ad id existimat utiles ac necessarias. Unde cum in multis aliorum exempla secutus, tum plurimorum ipse inventor hanc legem sancit: Volo quemlibet vestrum, qui conditis a me legibus paruerit, talentum auri ex  
 10 aerario publico tot annis accipiat. Profecto nec narrative haec dicit, sed simulatque dicta sunt, rata fiunt, quae iubentur. Quamobrem? Quia rex ita sanxit. Eodem modo hoc intellegendum est talem a Domino sacerdotibus traditam potestatem, ut eius verba ab illis in prima persona et tamquam simul ab eo dicerentur prolata totum effi-  
 15 ciant. Aut cur illi quidem suffecerunt haec verba, nobis vero non sufficiunt? Si enim illi suffecerunt, et nobis utique sufficere debent potentia illius et tamquam ab illo dicente prolata.

Quod si nobis aliquid necesse est addere, imperfecta sunt verba illius. Absit a piis mentibus talis cogitatio. Quam enim aliam potestatem per consecrationem accipiunt sacerdotes, nisi illam Christi personam posse subire et pro eo nobis adesse et, quemadmodum ille fecit, corpus eius posse consecrare? Fecit autem illa per verba, quae diximus. Enimvero simpliciter orare quisque posset, immo vero efficacius saepe numero orarent multi sacerdotes nonnullis sacerdotibus. Siquidem  
 25 plerique sacerdotes ita vivunt, ut non sint Deo accepti. Plurimi vero ex saecularibus ita ob eorum bonitatem Deo cari sunt et grati, ut plerumque miraculis decorari mereantur. Si igitur vel sola oratione, vel ea praecipue haec sacramenta perficerentur, certe magis perficerentur a viris iustis, quamvis non sacerdotibus, quam ab indignis sacerdotibus. Hoc vero falsum est. Perinde enim sacramentum conficit sacerdos, quamvis malus atque perversus, ut optimus atque sanctissimus. Saecularis vero persona, qualibet fide religioneque excellat, nihil omnino potest, quia nullam ad faciendum a Domino potestatem accepit, cum sacerdos acceperit maximam. Si igitur non est vis orationis, quae  
 35 hoc facit — esset enim omnibus communis —, superest ut pro Christo adsint nobis sacerdotes eiusdem in hoc potestatis, qui et instar illius operari possint et annuntiare populo, quae ille praecepit. *Hoc enim, inquit, facite in meam commemorationem.* Hoc scilicet, quod ipse feci, accepto pane et vino in manibus, respiciendo in coelum, frangendo,  
 40 benedicendo, gratias agendo Deo Patri, et in corpus et sanguinem per ea verba: *Hoc est corpus meum, et Hic est sanguis meus, transmutando.* Hoc enim ea transmutat, hoc ea integre perficit, ut beatus Chrysostomus ait.

εἶναι τὴν ἐξουσίαν, τὴν ἀντὶ Χριστοῦ ἡμῖν εἶναι καὶ ὡς ἐκεῖνος τὰ ἐκεῖνου ἐργάζεσθαι τε καὶ καταγγέλλειν δύνασθαι τῷ λαῷ. »τοῦτο«, γὰρ φησι, »ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν«, τοῦτο δ' ἐγὼ πεποίηκα, λαβόντες δηλονότι ἄρτον καὶ οἶνον εἰς τὰς χεῖρας, εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψαντες, κλάσαντες, εὐλογήσαντες, εὐχαριστήσαντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ εἰς σῶμα καὶ αἷμά μου διὰ 5 τῶν ῥημάτων τούτων· »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου«, καὶ »τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου« μεταβαλλόντες. τοῦτο γὰρ αὐτὰ μεταρρυθμίζει, τοῦτο αὐτὰ ἀπαρτίζει, φησὶν ὁ θεῖος Χρυσόστομος.

- 7 Ἄρκετὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς τὸ πάντα ἐπιστομίσαι καὶ πᾶσαν ἅπασιν  
 B 102 ἀποκλειῖσαι ἀντιλογίας ἀφορμὴν, ἀκούσωμεν δὲ ὁμοίως ἔτι καὶ Γρηγορίου 10  
 M 126<sup>v</sup> τοῦ Νύσσης, ἀνδρὸς σαφωτάτου, ἐν τῷ κατηχητικῷ αὐτοῦ λόγῳ περὶ  
 τῶν θείων τούτων μυστηρίων οὕτω λέγοντος· »καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ  
 λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι  
 πιστεύομεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἄρτος τῇ δυνάμει ἦν. ἡγιασθῆ δὲ τῇ  
 ἐπισκηνώσει τοῦ λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. οὐκοῦν ὄθεν ὁ ἐν 15  
 ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ  
 αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται; ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ λόγου χάρις ἅγιον ἐποίει  
 τὸ σῶμα, ὃ ἐκ τοῦ ἄρτου ἢ σύστασις ἦν, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος  
 ἦν· ἐνταῦθα τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος, καθὼς φησὶν ὁ ἀπόστολος· »ἁγιάζεται  
 διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως«, οὐ διὰ βρώσεως προῖων εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι 20  
 τοῦ λόγου, ἀλλ' εὐθύς πρὸς τὸ σῶμα διὰ τοῦ λόγου μεταποιούμενος, καθὼς  
 εἴρηται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὅτι »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου«, τί ἔτι βούλει τούτων  
 ἀκοῦσαι σαφέστερον; »ὁ ἄρτος«, φησί, »τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιάζεται.« τοῦτο  
 μὲν οὖν πρῶτον σαφέστατα δείκνυσι τῷ θεοῦ ῥήματι τὰ μυστήρια τελειοῦσθαι.  
 B 102<sup>v</sup> εἶτα καὶ ἡ τούτου κατασκευὴ σαφέστερον τὸ αὐτὸ δείκνυσι. »τὸ σῶμα«, 25  
 φησὶν, »δυνάμει ἐστὶν ἄρτος«· ἄρτῳ γὰρ συνίσταται. καὶ γὰρ ἡ τροφή κατ'  
 Ἄριστοτέλη κατ' ἀρχὰς μὲν ἀνομοία, μετὰ δὲ ταῦτα ὁμοία τῷ τρεφομένῳ  
 ἐστίν. τὸ ἄρα σῶμα, ὃ ἐκ παρθένου προσέλαβε, δυνάμει ἦν ἄρτος. ἀλλ' ἐκεῖνο  
 M 127 τὸ σῶμα τὸ ἐκ παρθένου, ὃ δυνάμει ἦν ἄρτος, οὐκ ἂν ἄλλως ἡγιασθῆ εἰ  
 μὴ τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ λόγου τοῦ σκηνώσαντος ἐν τῇ σαρκί. καὶ νῦν ὁ ἐν 30  
 τῷ θυσιαστηρίῳ ἄρτος οὐκ ἄλλως ἁγιάζεται ἢ διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως.  
 καὶ τούτου μάρτυρα ποιεῖται τὸν Παῦλον. τὸ γὰρ δι' ἐντεύξεως οὐδὲν ὑπὲρ  
 τῶν τ' ἀντιλεγόντων ποιεῖ τοῦ μὲν ἀποστόλου ἐπὶ τῶν κοινῶν τροφῶν τοῦτο  
 ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον πρώτῃ εἰπόντος, τοῦ δὲ διδασκάλου ἐνταῦθα οὐ κατὰ  
 πᾶν τὸ ἐκεῖ λεγόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸ γε προκείμενον αὐτῷ εἰς ἀπόδειξιν περὶ 35  
 τῆς διὰ λόγου θεοῦ μεταποιήσεως ταύτῃ χρησαμένου τῇ μαρτυρίᾳ. ὃς καὶ  
 συμπεραίνων φησί· εὐθύς πρὸς τὴν σάρκα μεταποιεῖται. καὶ τούτου ἀπόδειξις,  
 ὅτι αὐτὸς εἶπεν· »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.« καὶ σημείωσαι τὰ τ' ἄλλα πάντα  
 τὰ προειρημένα καὶ ὃ ἐν τῷ τέλει φησὶν, ὡς εὐθύς διὰ τοῦ λόγου μεταποιεῖται.

5 καὶ αἷμα B om. | 32/36 τὸ γὰρ δι' ἐντεύξεως . . . τῇ μαρτυρίᾳ. ὃς M<sup>2</sup> in marg. B om.

12 Gregor. Nyss., Oratio catech. 37 (PG 45, 96 D—97 A). | 19 1 Tim. 4, 5. |  
 27 Cf. Arist., Περὶ φυτῶν α 1. 816 b 20. Περὶ τὰ ζῶα Ιστ. ζ 10. 565a 10.

Haec quidem, nisi me animus fallit, satis superque esse videntur ad<sup>7</sup> obturanda omnium ora, qui tam apertae et manifestae rei contradicere conantur. Audiamus tamen, si placet, etiam Gregorium Nyssenum, virum et doctrina et vitae sanctitate excellentem. Is in catechetico eius  
5 sermone de divinis sacramentis ita loquitur: »Recte igitur et nunc panem divino verbo sanctificatum in corpus Dei Verbi transmutari credimus. Nam et illud corpus — intellegit autem corpus assumptum ex virgine — panis potentia erat. Sanctificatus vero fuit habitatione Verbi in carne habitantis. A quo ita panis, qui in illo corpore erat, transsubstantiatus  
10 fuit in divinam potentiam, per eum nunc quoque aequaliter fit. Et ibi enim gratia Verbi sanctum fecerat illud corpus, quod ex pane consistebat. Et illud quodammodo etiam panis erat, et hic similiter panis, quemadmodum apostolus ait: *Sanctificatur per verbum Dei et orationem*, non <per> comestionem ad hoc procedens, ut corpus Verbi  
15 fiat, sed mox ad corpus per verbum transmutatur, quemadmodum ab ipso Verbo dictum est: *Hoc est corpus meum.*» Quid clarius certiusve iis audire desideras? »Panis, inquit, verbo Dei sanctificatur.« Hoc imprimis probat manifeste verbo Dei sacramentum hoc confici. Deinde modus probationis idem apertius ostendit: »Corpus, ait, potentia panis  
20 est, quia pane constat.« Alimentum enim, ut Aristoteles docet, primo quidem dissimile, postea vero simile fit eius, cuius est alimentum. Corpus igitur, quod ex virgine Dominus assumpsit, potentia panis erat. At tale corpus ex virgine assumptum, quod potentia panis erat, non fuisset aliter sanctificatum, nisi Verbum illud carnem illam inhabitasset.  
25 Ita nunc panis quoque altaris non aliter quam per verbum Dei et orationem sanctificatur. Cuius rei testem Paulum citat. Quod autem ait: per orationem, nihil corroborat adversariorum rationem, siquidem in prima ad Timotheum epistola hoc de communibus cibis dicit. Hic vero doctor non de communibus, quae illic dicuntur, illius usus est  
30 testimonio, sed dumtaxat, quantum ad confirmationem propositi sui spectat, de transmutatione, quae sit per verbum Dei. Unde paulo post concludens ait: »Mox ad carnem transmutatur.« Et ad huius confirmationem subiungit: »Quoniam ipse dixit: *Hoc est corpus meum.*» Adverte, quaeso, cum caetera omnia, tum quod in fine ait, quod mox  
35 per verbum transmutatur. Verbum vero inquit esse: *Hoc est corpus meum.* Nonne, oro te, verbum illud mox non relinquit locum orationibus? Si igitur verbum illud: *Hoc est corpus meum*, mox transmutat, manifestum illud solum esse est, quod transmutat, aliter enim non mox, sed aliquo et non parvo interiecto tempore transmutatio fieret.  
40 Ita certe inter se conveniunt sancti patres et doctores nostri, ita sibi invicem consentanei loquuntur, sive orientales, sive occidentales. Quippe Damascenus in libro sententiarum c. 23 ita inquit: »Non est panis figura corporis et sanguinis Christi, absit! sed ipsum corpus